



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

LXXVIII. S. Vitalianus. Anno Christi 675. Constantis II. Imperat. 17.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](#)

consensu Cleri, esse cœpisse verum Pontificem. Nam quid vetat, quominus dicamus, idecirco Eugenium tum Pontificem designatum, ut ipse unus, id postulante Ecclesiæ necessitate, pro Archidiacono, Archipresbytero, & Primicerio, gereret vices Pontificis exulantis, ideoque appellatum Romanæ Ecclesiæ *Pastorem* à Martino, quod absensis legitimi *Pastoris* officio fungeretur? At enim jamdiu moris erat, ut mortuo, vel absente Pontifice, à tribus memoratis viris Ecclesia regeretur, non autem Vicarius ei præficeretur. Quid postea? Nonne moris etiam erat, ut absente, ac nondum vitâ defuncto Pontifice, alius Pontifex non crearetur? Deinde nullâne res nova institui debet, & quod nondum est factum, id, ne si utile quidem ac necessarium sit, fieri oportet? Quid tam utile ac necessarium, quam ut à Clero Romano eligeretur, qui personam sustineret Pontificis, & periculum ab Imperatore Monothelita metuendum averteret?

## LXXVIII.

**S. VITALIANUS.**  
ANNO CHRISTI 675.  
CONSTANTIS II. IMPERAT.

17.

VITALIANUS Anastasio Pon-Bar.an.  
tratio, ut Ciaconius dicit, Si. 655. §.  
gniæ in Campania natus, anno 657. <sup>2.</sup> 3.  
III.

Pag. §.2. III. Idus Augusti Pontificatum obti-  
3. 6. nuit. Clericorum , à quibus coo-  
Pag. 131. ptatus fuerat , cœtu vix dimisso , le-  
gavit *Responsales suos* , ut ait Anastasius , ad Constantem & Constanti-  
num cognomento *Pogonatum* (1)

ejus filium , factum consortem Im-  
perii , cum *Synodica* , quâ significabat  
se Pontificem designatum , simûlque  
annitebatur Constantem alienare à  
Monothelitis. Idem Constans per  
eosdem legatos dono misit D. Petro  
librum Evangeliorum auro gemmis-  
que ornatum. Quod munus , licet

Bar. an. 693. §. 1. 2. Imperatoris adhuc hæretici , Vitalia-  
nus accepit libenti animo : quin ei-  
dem venienti Romam obviam ad  
sextum lapidem egressus est amplissi-  
mo pompæ genere , ut illum sibi ,  
& Ecclesiæ faceret benevolum. Con-  
stans dies duodecim in Urbe mora-  
tus , & munificus fuit , & rapax.  
Multæ Basilicis obtulit , multa abstu-  
lit Urbis ornamenta , nec tegulis

æreis augustissimi Templi , quod  
Bar. an. Pantheon appellant , pepercit. (2)  
669. §. 1. Quinto post mortem Constantis an-  
Pag. §. 2. no , Christi 672. VI. Kal. Februar. è vivis abiit Vitalianus , quem Or-  
ganis

ganis uti cœpisse, Platina scribit (3)  
Pontifex fuit annos quatuordecim, men-  
ses sex, dies decem septemque.

## ANNOTATIONES.

(1) Quia Byzantio soldens tenerâ ad-  
huc lanugine fuerat, è Sicilia verò pro-  
missam barbam retulerat, Pogonati cog-  
nomen accepit à Civibus. Zonaras lib.  
14. Annalium pag. 70. edit. Venetæ. πόγονος  
enim barba est.

Responsales Nuntii, interdum & A-  
postolistariorum, & qui Responsa, seu negotia  
Ecclesiastica peragebant: Ducangius in  
Glossario. Vide Annotation. 5. ad S. A.  
gapetum.

(2) Vide annotat. 1. ad Bonifacium IV.

(4) Nonnulli apud Ludovicum Cresol-  
lium lib. 3. Mythagogi cap. 27. ajunt,  
*Organa* in Ecclesiis audiri cœpta, permis-  
su Damasi Pontificis. Bona de divina Psal-  
modia cap. 17. §. 2. num. 5. Platina sen-  
tentiam magis probat. Multa in hanc rem  
Stephanus Durantis lib. 1. De ritibus Eccl.  
Cath. cap. 13.

## LXXIX.

ADEODATUS.  
ANNO CHRISTI 672.  
CONSTANTINI POGONATI.  
Sandini Vitæ Pontif. X ADEO-